CONSUETUDINES FRUCTUARIENSES
1. Hälfte 12. Jh. Seite 61r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36516
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



stare inclinat. transeunte conuentu. donec ad suum ordinem ueniat. et
tunc se erigere. et cum cetis capitulum intrare. Quando sacerdos incensa
tur est altare. ad Magnificat / Benedictus. tunc debet in supremo gradu
super quem et altare consistit. inclinationem faciens et in eadem inclina
tione incensationem altaris incipere. Quando senior ueniam facit
in capitulo. pro aliquare quod perdiderat. sed tunc ibi in capitulo posita est. nulla peni
tentia ei iniungitur. Post quam senior trahere foras precipitur. si aliquis de
eo reclamare uult. tunc stare precipiatur. donec reclamatio fiat. et postquam
froccum super caput extraxerit. propter nullius reclamationem stare precipi
atur. In cena domini debent conuersi litteratos dimittere ante exire
de refectorio ad mandatum pauperum. et tunc eos secundum ordinem suum
sequi. Apposito uillae monasterii debent lecti noui quando necesse
est senioribus accommodari. Ad propinationem caritatis siue sit ad
maiorem refectionem siue ad caritatem decollationem et post nonam
tempore estatis. quicumque inter propinatores illius caritatis prior est. cuius
cumque ordinis sit. ad scillam propinare debet. Si dominus abbas alicui
seniori cyphum suum cum caritate transmiserit. si totus ille potus
senioris cui transmissus est. sciphum ingredi non poterit. tunc det illi
qui iuxta eum superius sederit. deinde si tantum fuerit illi qui inferius.
Si autem in eodem potu panis infusus transmissus fuerit. hunc de
ipso scipho abbatis manducet. et exempto potu. aut ipsem et
surgat si talis persona est uidelicet iuuenis. aut det puero ut
infusa. a quo sciphum recentet. et tergat ad mantile in extrema
parte refectorii. in fine tabulae illius quae ibi est. et sic reponet
ad mensam principalem. Personitu qui in refectorio fit uenia non agitur
ab eo. qui eum fecit. nisi lectio ibi legatur. XII. Si terminus
ieiunii. IIII. temporum contigerit in ebdomada pentecostes. facimus illud.